



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

4 Ista probat dimissa semel peccata redire.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

plicia. Est & alia ratio: quia non potest malus in omnibus malo esse, sed habet aliqua bona: neque bonus in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Cum ergo prosperitatem malus habet, malo capitum sui est. Cum enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illis jam plenus punietur.

*Poët a etiam reserue memoria bonorum ad mitorem panam hanciam, ut bona, que inter multa mala sunt, non proficiant ad præsum vita, sed futura præsum obtinendum, sed ad tolerabiles eximi judicis supplicium subeundum: sicut de fide, & ceteris, quæ sunt in fine ob- si autem scusatis argumen- datur, & non per- turba autem- scrum filii tamen in- tenuit: quod-*

## C. XLIX.

Augustinus scribit, in libro de parentie, c. 26.

*S*ed quis à auctore non habens charitatem, quæ pertinet ad unitatem spiritus, & vinculum pacis, quo catholica ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate contumos, ne Christum neget, patiuntur tribulationes, angustias, famem, siti, & nuditatem, persecutionem, pericula, carcere, vincula, tormenta, gladium, vel flammam, vel bestias, vel ipsam crux timore gehennam, & ignis eterni, nullo modo ista culpanda sunt: imò verò & hac laudanda parentia est: (Non enim dicere poterimus, melius ei fuisset, ut Christum negando nihil corū pateretur, quæ nullus est confitendo:) sed existimandum, fortasse totocabilius et futurum iudicium, quam si Christo negando cuncta illa vitaret. Vnde & illud, quod ait e Apostolus: [Si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem nō habuero, nihil mihi profidet] nihil profidet intellegitur ad regnum celorum obtinendum, non ad extremitatem iudicis tolerabilius supplicium subeundum. & suprà, cap. 3. ¶ Hac proper charitatem dicta sunt: sine qua in nobis non potest vera pœnitentia fieri: quia in bonis charitas Dei est, qui tolerat omnia.

*¶* pars. Pœnitentia ergo, ut ex præmissa apparet, nulli in peccato scerenti nihil est, non tamen alius deneganda est: quia sicut fidem eius, cum alterius criminis pœnitentiam egreditur. Sic ergo pœnitentia definitio, & cetera autoritates sibi consonantes negant eam esse pœnitentiam, quæ per severat in crimen, utrum videat fibi fructus sanum.

*¶* Illud autem Ambrosius g: [Pœnitentia semel uscripta, nec pars celebrata, & fructum priori auctor, & usum sequentis amittit.] Seleni intelligitur: quia enim non vere celebrare fieri, fructum primi, id est, huius pœnitentiam præcedens, amittit (quia vero, quæ imperare potuit, conterat) & usum sequentis auctor, secundum consuetudinem quarundam Ecclesiæ, apud quas pœnitentia silentius non iteratur. De hac eadem pœnitentia illud ita fibi fructus sanum.

## DISTINCTIO IV.

*Q*uis ha verò multorum auctoritatibus supra monstratur est pœnitentiam vere celebrari, & peccato vere dimitti eri, qui aliquando in crimen recusatur est: queritur, an possit dimissio redire. Hujus questionis diversorum varia est pœnitentia, aliis afferentibus, aliis contra negantibus peccata semel singulis alterius recipari ad panam. Quod autem peccata semel singulis videntur, auctoritatem probatur: querunt prima illa Prophetæ: [In i memoriā redeat iniquitas patrum eius.] secunda illa Evangelii: [Serve k nequam, omne debitum donum tibi.]

*a Sent. ibid. b Ephesi. c abest ab orig. d al. ge- remann. e 1. Cor. 14. f patiencia. vera lectio. g Sent. 11. 1. 1. in salicibus. h p. dif. so. si quis potest. Hu- go de S. Val. l. 1. de Sacr. p. 14. 6. 4. h Hugo l. 2. defac. p. 15. c. fin. i Psal. 102. k Matth. 18.*

## C. I.

*Deinde in libro Psalmorum Augustinus a. 407 ad Psalmum 108.*

*S*icut Iudas teneret illud, ad quod vocatus est, nullo modo ad eum vel sua præterita, vel parentum iniquitas pertineret. Sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, iniquitatem vetusti generis porius elegit, reddit iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, ut in eo etiam ipsi b puniretur, & peccatum matris ejus non deleretur. Item Rabanus. ¶ Tradidit eum tortoribus, &c.] Considerandum est, quod dicit: [universum debitum:] quia non solùm peccata, quæ post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad poenam, verum etiam peccata originalia, quæ in baptismo ei dimissa sunt.

## C. II.

*Item Gregorius lib. 4. dialog. 2. 59.*

*C*onstat & ex dictis Evangelii, quod si hoc, quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rufus exigit, quod nobis jam per pœnitentiam dimisum fuisse gaudebamus.

## C. III.

*Item Augustinus in homilia 15. de verbis Domini.*

*D*ixit d. Dominus, [Dimitte e, & dimittuntur tibi:] si f ego prior dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, revocabo te, & quidquid tibi dimisera, replicabo tibi.

## C. IV.

*Item ibidem.*

*Q*vi g. divini beneficij oblitus suas vult vindicare injurias, non solùm de futuris peccatis veniam non merbitur: sed etiam præterita, quæ jam sibi dimissa credebas, ad vindictam ei replicabantur.

## C. V.

*Item Beda super Lucam, lib. 4. c. 48.*

*R*everter h. in dominum meam, unde exivi.] timendus est iste versiculus, non expoundens: ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat.

## C. VI.

*Idem ibidem.*

*V*æcunque & enim & post baptismum, sive pravitas heretica, seu mundana cupiditas atripiuerit, mox omnium prosternet in ima vitiorum.

## C. VII.

*Item Augustinus in libro questionum Deuteronomii, ques. 42.*

*P*ecatum, quod ex Adam contrahitur, temporaliter redditur: quia omnes propter hoc moriuntur, non autem in eternum eis, qui fuerint per gratiam spiritualiter regenerati, in eaque permanesci ulque in finem.

*2. pars. Eorum in verò, qui hanc sententiam sequuntur, aucti dicunt, quod peccata redditura dimittuntur secundum iustitiam, sed non secundum præscientiam: sicut nomina discipolorum, qui retrorsum abierunt, erant scripta in libro vite proper iustitiam, cui deferuerant, non secundum præscientiam, qui in numero salvandorum eos non habebant. Sic à latere n. Dei decuntur mille casari, & decem millia à destruere ejus, quostam divisa præscientia nonquā suis adnumeraverat. Hinc etiam Dominus ait o Moysi: [Si quis peccaverit ante me, debito eum de libro vite p.] ut secundum iustitiam judicis ille peccando datur detiri, qui secundum*

*a Et Profer, ibid. b spf. c orig. Sentent. 4. distinct. 22. d Dicit illi Deus. e orig. c Luc. 6. f Sent. non verba. g Sentent. ibid. h Sentent. ibid. i al. Quemung. k Sentent. ibid. l al. trahit. m Beatus Ambrosius lib. 9. com. in epist. ad Romanos in illa verba [Jacob delecti.] & glossa ordin. ibid. m [ut ostenderes divitium.] n Psal. 90. o Exod. 32. p. m. orig.*

M m 2

prescripsit nunquam fuerat adscriptus. Hinc Augustinus in epistola 1 ad Corinthios: a [Sed non in pluribus eorum beneplacatum est Deo, est in aliquibus. Communia omnibus sunt omnia sacramenta, sed non communis gratia: ita & nunc baptismus est communis, sed non virtus baptismi.]

<sup>a</sup> ¶ In epistola ad Corinthios] Hac sunt apud Bedam in comm. c. 10. epist. ad Cor. ex B. Augustino in Psal. 77. & copiosius apud illos exponentur.

3 pars. Veram hoc de fidè acceditibus, vel de his, qui extra ecclesiam baptizantur, intelligitur: qui sacramenti quidem integratim accipiunt, virtutem vero ejus minime assequuntur. Parvula verò, vel adulta plena fide acceditibus omnia b peccata remittuntur, est aliquid recessus à bono in malam vitam finitum.

## C. VIII.

Unde Augustinus in libro de correptione & gratia, cap. 8. & 9.

**S**i ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur, respondeant, si possunt, cur illos Deus cum fideliter, & pie vivent, non tunc de vita hujus periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum. Vtrum hoc in protestate non habuit? an eorum mala futura nescivit? Nemppe nihil horum nisi perverissime atque inanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant, qui nos irritant, quando in talibus rebus exclamamus: [quam d' infirmitatis sunt iudicia ejus, & investigabiles viae ejus.] Neque enim hoc donat Deus, quibus volebit: aut vero scriptura illa mentitur, que de morte velut immatura hominis iusti ait, [Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam ejus.] Cur agitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat Deus? apud f quem non est iniurias, neque acceptio perfornarum, & in cujus potestate est, quamdiu quisque in hac vita maneat, que tentatio dicta est super terram? Sicut ergo cogunt fateri, donum Dei esse, ut finiat hominem vitam istam, antequam ex bono muretur in malum: cur autem aliis donetur, aliis non donetur, ignorant; ita donum Dei esse in bono perseverantiam secundum scripturas (de quibus testimonio multa jam posui) fateantur nobiscum, & cur aliis detur, aliis non detur, sine iurum adversus Deum dignentur ignorare nobiscum. Nec g nos moveat, quod filii suis quisbusdam Deus non dat istam perseverantiam. Abit enim, ut ita esset, si de illis prædestinatis essent, & secundum propinquum vocatis, qui vere sunt filii promissionis. Nam isti cum pie vivunt, dicuntur filii Dei: sed quoniam vixitri sunt impie, & in eadem impietate moriuntur, non eos dicunt filios Dei præficiunt Dei. Sunt enim filii Dei, qui nondum sunt nobis, & sunt jam Deo: de quibus ait Evangelista b Iohannes: [quia IESVS erat moriturus pro gente, & non tantum pro gente, sed etiam, ut filios Dei dispersos congregaret in unum:] quod utique credendo futuri erant per Evangelii prædicacionem: & tamen antequam esset factum, iam filii Dei erant in memorali patris sui inconclusa stabilitate conscripti. Et sunt rufus quidam, qui filii Dei proper suscepimus vel temporali gratiam dicuntur à nobis, nec sunt sicut amen Deo: de quibus ait idem b Iohannes: [ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quod si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum:] non ait, ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum, iam non sunt ex nobis: verum ait: [ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis:] hoc est, & quando videbantur ex nobis, non erant ex nobis. Et tanquam ei diceretur, unde id ostendit? [Quod si fu-

<sup>a</sup> 1. Cor. 10. Sent. 4. dist. 4. <sup>b</sup> al. omnia. <sup>c</sup> Dei enim differimus, qui perseverantiam bonitatis non habent, sed ex bono, &c.] orig. d Rom. 11. e Pup. 4. f Job. 7. g I. bid. c. p. 7. ead. hanc scilicet aciem. h Iohann. 4. i 1. Iohann. 2. k al. m.

sent, inquit, ex nobis, permanissent utique nobiscum.] Filiorum Dei vox est: Iohannes loquitur in filiis Dei principio loco constitutus. Cum ergo filii Dei dicunt de his qui perseverantiam non habuerunt, [ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis:] & addunt [quod si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum] quid aliud dicunt, nisi non erant filii, etiam quando erant in professione & nomine filiorum: non quia justitiam simulaverunt, sed quia in ea non permaneserunt. Neque enim ait, nam si fuissent ex nobis, veram, non sicut justitiam tenuerint utique nobiscum: sed [si fuissent, inquit, ex nobis, permanerent utique nobiscum.] In a bono illos volebat proculdubio permanere: erant itaque in bono, sed quia in eo non permanerunt, id est, non usque in finem perseveraverunt, non erant, inquit, ex nobis, & quando erant nobiscum: hoc est, non erant ex numero filiorum, & quando erant in fide filiorum: quoniam, qui vere filii sunt, praesciti & prædestinati, sunt conformes imaginis filii ejus, & secundum propinquum vocati sunt, ut electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum; ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non igitur filii suis prædestinatus Deus perseverantiam non dedit. Haberent enim eam, si in eo filiorum numeros essent: & quid haberent, quod non acceperint, secundum Apostolum b, veramque sententiam: Ac per hoc tales filii, filio Christo dati, essent, quemadmodum ad patrem dicit ipse: [ut e omne, quod dedisti mihi, non pereat, sed habeat vitam aeternam.] Hierog. Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam aeternam, ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propinquum vocati, quoniam nullus d' perit: ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam: quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, ut non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et rufus, quos dicimus inimicos ejus, vel parvulos filios inimicorum ejus, quoniamque eorum sic regeneratur est, ut in ea fide, que per dilectionem operatur, hanc vitam finiant: jam & antequam hoc sat, in Ha prædestinatione sunt filii ejus, & daunt fum Christo filii ejus, ut non pereant, sed habeant vitam aeternam. Denique ipse Salvator: [si e maneritis, inquit, in verbo meo, vere discipuli mei effis.] Nunquid in his computandus est Iudas, qui non manit in verbo ejus? Numquid in his computandi sunt illi, de quibus Evangelium sic loquitur: ubi Dominus cum comendasset manducandam carnem suam, & bibendum sanguinem suum, ait f Evangelista: [Hæc dixit in synagoga in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis ejus, dixerunt: Durus est hie sermo, quis posse eum audire?] Sciens autem IESVS apud semetipum, quia innumerabante hoc discipuli ejus, dicite eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendente, ubi erat prius? Spiritus est, qui vivificat: caro autem non prodebet quidquam. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & ratio sunt. Sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes, & quis traditum esset eum, & dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abiurient retrò, & jam non cum illo ambulabant. ] Nunquid non & illi discipuli appellati sunt, loquente Evangelio? & tamen non erant vere discipuli, quia non manserunt in verbo ejus, secundum id, quod ait: [Si g manseritis in verbo meo, vere discipuli mei effis.] Quia ergo non habuerunt perseverantiam, sic non vere discipuli Christi: ita nec vere filii Dei fuerunt, etiam quando esse videbantur, & ita vocabantur. Appellamus ergo nos & electos Christi discipulos, &

<sup>a</sup> Suprà ead. penitentia, distinct. 2. Apostolus vers. in boni. <sup>b</sup> 1. Cor. 4. c Iohann. 6. d supr. dist. 2. de penitentia, c. m. tuis eorum. e Iohann. 8. f Iohann. 6. g Iohann. 8. de

Dei filios: quia sic appellandi sunt, quos regeneratos  
sunt vivere cernimus. Sed tunc vere sunt, quod appellan-  
tuntur, si manerint in eo, propter quod sic appellan-  
tur. Si autem perseverantiam non habent, id est, in eo,  
quod ceperunt esse, non manent, non vere appellan-  
tut, quod appellantur, & non sunt. Apud eum enim  
hoc non sunt, cui notum est, quod futuri sunt, id est, ex  
bonis malis.

4. pars. Finis huius autoritatis eorum sententia concordat,  
quae postea dicitur secundum iustitiam, & non secundum  
præfinitionem. Alio vero, quomodo fateantur peccata redire, na-  
men sicut baptismum, seu per poenitentiam afferant omnino pecca-  
ta rem, & plena fide accedentes ad laxacrum renasci non ag-  
noscam: sed secundum Spiritus Sancti: & si postea peccatum sit, de-  
mas penitentem, est aliquando recafatur sit, tamen tempore sua  
penitentia perfide extitum affirmant, ut si vocem miceretur,  
fatuus venaret alacrum. Quorum sententia, eisdem auctor-  
um principiis consenserit. Cum enim questiones proponat, quare  
peccatum sit mortem, cum fideliter ac p[ro]p[ter]e vivere, non nrae de vita  
in qua periret Deus rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum,  
aut ne falso deciperet animam eorum, cum de immatura morte pre-  
dictum sententia dicitur: [a Raptis est, ne malitia mutaret intellectum que, aut ne falso deciperet animam ejus:] evidenter o-  
ferunt illas fuisse, qui si farsi necipiant hinc utr[um] subduc-  
tum periodum vixit etiam confectus esset aeternam. Ut ergo finis  
principi consenserit, & ne finis ipsi contrarie videatur, desinendum  
est, quod si serva in libro vite, & de eo delectum secundum iustitiam,  
quid secundum præfinitionem. Secundum præfinitionem scribi, est  
ad vitam præordinari: quod ab aeterno factum est.

C. IX.  
Unde apostolus in epistola ad Ephesios,  
cap. 1.

B[ea]tissimus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi,  
qui subi[er]didit nos in omnibus benedictione spiritu-  
li, in cœlibus in Christo Iesu: sicut elegit nos in ipso  
ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & imma-  
culi in confusione ejus in charitate: qui prædestinavit  
nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in  
ipsum.

Similiter secundum præfinitionem deleri, est ad mortem, non ad  
vitam prædictam: quod & ipsa ab aeterno factum est. Unde Domi-  
nus in Evangelio: [Qui credit in me, habet vitam aeternam: qui  
est non credit, jam judicatus est.]

C. X.

Hinc etiam Augustinus ait.

N[on] o[ste]rit b[ea]tus Dominus, qui sunt ejus. Ex his nemo se-  
ducitur. Nondum apparuit iudicium, sed jam fa-  
ctum est.

¶ Sententia est apud beatum Augustinum, tract. 12. in Ioan-  
nem, & in 20. de civitate Dei, cap. 7. unde citat Beda in 2. Timoth. 2.  
Vita autem frat[er] eadem sicut in glossa ordinaria ad eum ipsum  
fauit locum.

P[ro]p[ter]e secundum justitiam scribi, est, Deo auctore ea operari,  
quoniam non sit digna aeterna salute. Hunc duplum medium  
forbindit in Evangelio Dominus afferens, dicenti discipulis: [In c-  
elis para me mansones multe sunt: si quo minus, dixissem vobis  
in qua uero parare vobis locum: & si abi[er]e, & paravero vobis  
locum, stetim uenit, & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum;  
& in fin] dicunt: [In domo patri mei mansones multe sunt:  
si quoniam dixissem vobis, quia uero parare vobis locum:] sten-  
di mihi quibusquebat scripti in libro vite, prædestinatione. Sub-  
iectio [si abi[er]e, & paravero vobis locum, &c.] ostendit eos adiuc-  
tive seruandi operatione.

a 2. Ep[istola] 4. b 2. Timoth. 2. c 1. Joan. 14.

C. XL  
Hinc autem Augustinus in ejusdem a  
loci explanatione  
ait.

¶ In domo patris mei mansones multe sunt.] Domus b  
Dei, templum Dei, regnum Dei, regnum cœlorum, sunt  
homines iusti: in quibus sunt multæ differentiæ inter  
se, & ha[bit]at mansio ipsius domus. Haec autem iam  
parata sunt in prædefinitione, sicut ait c. Apostolus,  
[qui elegit nos ante mundi constitutionem] prædefi-  
nendo, parando & autem in operatione. Vnde [quos  
prædestinavit, hos & vocavit, & justificavit, & magni-  
ficavit. Et secundum hoc dicitur e[st] fecit Deus, quæ  
futura sunt,] id est, quæ facturus est. & infra. ¶ Si  
quo minus] confirmari esse: quia si non essent, dixisset,  
ib[us] & parabo, id est, prædestinabo. Sed quia iam ibi  
sunt, non est opus aliqua parare. Quia vero nondum  
sunt in operatione, addit: [& si abi[er]e, & paravero.]  
Abiens, sed non relinquens, parat: quia subi[er]at se, &  
later: ut sit fides, quæ non est de re visa: & inde est me-  
ritum fidei. ¶ Ex hac vivit iustus, & mundatur ei cor,  
dum peregrinatur, & in ea desideratur, quod nondum  
habetur. Et hoc est preparatio mansionis: quia si pa-  
rat nos sibi, & se nobis, ut maneat in nobis, & nos im-  
eo, quantum quisque erit participes ejus plus, vel minus  
pro diversitate meritorum. Et hoc multitudo man-  
sionum est.

¶ Sententia quadam hujus capituli est in tract. 63. in Ioannem:  
sed ipsa verba sunt in glossa ordinaria ad cap. 14. Ioannis, & ex ea  
sunt nomina emenda.

¶ Mansionem est] Sequebatur. Item, quasi hic ci-  
taretur alter locus beati Augustini, aut glossa. Abest autem  
a plerisque manuscriptis. Nam que sequuntur, videntur esse  
Graecani.

Secundum iustitiam deletur, qui gratia subtracta, ea operari per-  
mittitur, quibus aeternam damnationem meretur. Hinc Propheta  
et loquens ex persona Christi ait: [deleantur de libro viventi-  
um] hoc est, subtractatur ei gratia, qua subtracta, si in profun-  
dum vitiorum, deinde in aeternam damnationem precipitentur: [¶  
cum iusti non scribantur] id est, non apparet ei gratia, qua  
sunt digna aeterna felicitate. Si itaque peccata secundum præfinitionem  
remittantur, cum ab aeterno gratia preparatur, qua vocatur justifi-  
cetur, justificatus tandem aeternaliter glorificatur. Secundum iu-  
stitiam vero peccata remittuntur, cum vel baptismus plena fide ac-  
cipitur, vel penitentia toto corde celebratur: quae remissio & ipsa  
secundum præfinitionem non inconvenienter fieri dicuntur. Venerab-  
ilis ex primis auctoritatibus Apostoli datur intelligere, duas sunt præordi-  
nationes: una, qua quisque præordinatur b[ea]tus ad iustitiam & re-  
missionem peccatorum percipiendam: altera, qua aliquis prædestinatur  
ad vitam aeternam in futuro obtinendam. Harum effectus  
sunt præfatio justificatio & futura glorificatio: quae omnia in primis  
auctoritatibus convenienter distinguuntur. Prima enim præordi-  
natione, qua præordinatur ad presentem iustitiam, designatur, cum  
dicitur: [sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, &c.]  
cujus effectus infra supponitur, [in qua gratificavit nos in dilecto  
filio suo, &c.] Secunda præordinationis ista ostenditur [qui prædesti-  
navit nos in adoptionem filiorum, &c.] Epus effectus præmissus  
dicitur, [qui benedixit nos in omni benedictione, &c.] Haec  
duo præordinationes, & earum effectus ita se habent, ut prima, &  
ejus effectus natura præcedant, & lege consequendi inferantur. Si  
enim aliquis præordinatus est ad vitam, consequenter inferatur, ergo  
prædestinatus est ad iustitiam: & si consequitur vitam aeternam,  
ergo confectus est iustitiam: sed non convertitur. Unde multi par-  
ticipes sunt prima præordinationis, & ejus effectus, ad quos secunda

a Tract. 63. in Ioan. c. 14. & ibi glossa ordinaria. b Ephes. 1.  
c Rom. 2. d al. paranda sunt in. e Esa. 43. & 44. Glossa ibid.  
f Psal. 62.

ut eis effectus minime pertinere probantur. Iuxta hanc distinctionem intelligenda est anterioris illa Ioannis a: [Exierunt ex nobis: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, manifissent unicus nobiscum.] [Ex nobis, inquit, exierunt,] id est, à nostra societate recesserunt, quia prima præordinationis, & ejus effectus nobiscum participes erant: [sed non erant ex nobis,] id est, secunda præordinationis, & ejus effectus societatem nobiscum non interierant. Quod ex eo videretur: quia si fuissent ex nobis, id est, si filii præordinationis nobiscum participes essent, manifessent unicus nobiscum, id est, à societate effectus ejus præordinationis, quam nobiscum contrarerant, non recesserunt. Siem ad secundam præordinationem utrumque referatur, non convenienter illud inferetur: [manifessent.] Intra capitulo unicus nobiscum esse. Si verād primam, falsa effet propositio, [si fuissent ex nobis, &c.] Multo enim præsumtū justitia & similitudinē participes sunt: qui tamen in ea non perseverant. Vnde Dominus ait in Evangelio b: [Non qui cooperit, sed qui perseveraverit usq[ue] in finem, hic salvus erit.]

## C. XII.

**H**anc societatem si quis solo nomine, & professione, non autem rei veritate à damnatione dicat contraria, ejusdem auctoritatis refutatio convenerit. De his enim, qui prime, non secundam præordinationis sunt participes, ait: c [Ne nos moveat, quid filii sūi quebusdam Deus non dat istam perseverantiam. Absit enim, ut ita esset, si de illis prædestinatus essent, & cetera, quae ineadem auctoritate supra continentur. Oves namque, de quibus in Evangelio Dominus ait: [Er d alias oves habeo, qui non sunt ex hebreis,] & filii, de quibus Ioannes e ait: [ut filii Dei, qui erant dispersi, congregaret in uno,] ita præsentia erant oves, & filii, in qualitate præsentiū, non spēre i tantum, sed etiam ante Dei oculis effemiliū i & perditionem aeternam. Vnde Apostolus f non ait, videbamus esse, sed, [eramus, inquit, & non natura filii ire.] Nec ait, reputabamini ab hominibus, sed, [g si quis aliquando te nte, mox autem lux in Domino.] De se quoque scribens ad Timotheum, non ait: h uidebas, sed, [siu perfecisti, & blasphemasti, & contumelias: mīne autem sum misericordiam confecisti.] Omnes quoque, qui in Christo renescuerunt, & qui ejus sanguine a diabolō redēmuntur, prius ex Adam peccatores nascuntur, & diabolice servitū omoxi. Sicut ergo isti, quoniam sūi futuri filii Dei, tamen prius sunt filii diabolus: sc̄ hi, de quibus sermō habebatur, quām recedendo à iustitia sūi futuri filii perditionē aeternā, cum zamen pī & fidēlīrī vivant, vere sunt filii Dei, & iusti, & aeterna beatitudine digni. Vnde auctoritas non ait: i cūm videretur pī & fidēlīrī, vivere, sed, [cūm pī & fidēlīrī viverent.] Ne veraciter a bono in malum commutarentur, qui nequam veraciter boni fuerunt. Dominus quoque non ait per Ezechielē k: si avertere se iustis à iustitia sua, quam videbatur habere, sed, [sua,] sc̄iles, quām veraciter habet. Quod autem in eadem i auctoritate sequitur: [Non erant in numero filiorum, quando erant in præfessionē filiorum,] sc̄iantēdūm est. Filius Dei duobus modis appellatur. 1. Dicuntur filii Dei, participatione hereditatis aeternae, sc̄iūt Ioannes ait in Evangelio: m [Quoqua credidestis in eum, dedit eiis porficiatū filius Dei sūi.] Et Apostolus in epistola ad Romanos: n [Expellatō creaturae revelationēm filiorum Dei expectat.] & infra. [Ipsa creatura liberabit a servitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.] & infra: [Ipsi intramus gemitus, adoptionē filiorum Dei expectantes.] Hinc etiam Augustinus eadē verba Apostoli exponens ait: [Modo 3. sanctum creatura, cōmōndūm filiorum foras perfēcta.] Hoc ergo modō non sunt filii Dei, nisi participes aeternae beatitudinis. In præsenti etiam dicuntur filii tribus modis, vel prædestinatione ius-

tūm (sc̄iūt ii, de quibus Ioannes ait: a [ut filii Dei, quid fierint, &c.]) vel prædestinatione, & sc̄iūt aetere beatitudini (sc̄iūt ille, quibus Dominus ait, b [filios adhuc modicum velionis sūi,]) vel merito fidei, & præficiatū iustitia, non auctera præfiguratio charitatis aeternae: sc̄iūt hi, de quibus Dominus ait: c [fidiūtinguerūt filii ejus legem meam, & in iudicio meo non ambuletūt, &c.] Hierog., de quibus in præsenti agitur, filii sunt novi fidei, & præficiatū iustitia, non sunt autem filii adoptionē aeternae. Ergo peccata dimissiā sententia redire, secundā iustitia, & in secundū præficiatū ea dimitti spēceſē est ut confiteantur: fūlāndūs peccata secundā iustitia ad aeternam damnationē imputantur, non secundā præficiatū: quām & illi ē iūna malum deficiens, singula replicabuntur ad supplicium: & iūna in finem in bono perseverantibus, nulla imputabuntur aponam (aeternam d.)

¶ In venuſi cedibūs caput hoc effi conjunctū superiō. Et enim Gratianus verba, qui more suo loca aliquā citat.

1. ¶ Specie] Sc̄iūt emendatū ex codice p̄ceptū. Nas anteal legēbāus spe, que vox valde sententiam turbat.

2. ¶ Duobus modis appellatur] In vulgarē sc̄iūtā, uno modo appellantur iūtū o, altero in p̄ceptū, quā triplex est: que absunt ab omnibus manuscrip̄tū, & antiquis eiusdem edicitionib⁹.

3. ¶ Modo tantū creatura] In libro iij. questionē p̄p̄t alia habenturb⁹. Et ipsa itaque creatura id est, & ipso quā nondum vocatur filiorum formapēctū, sed tūm vocatur creatura, liberabitur, &c. que refracta alia in epist. ad Rom. cap. s. Sed apud glossā ibidē habentur alia verba, quā apud Gratianū.

¶ pars. Qui autem dicunt, quād peccata dimissiā non adēunt, auctoritas Gregorii & Prophētā sententiam suā respondeat.

## C. XIII.

Ali enim Gregorius in Moralib⁹, lib. iij.  
cap. 22.

¶ Vid est, quād dicitur [qui reddit iniquitatem patrum fili⁹, ac nepotib⁹:] Peccatum originale a Patribus trahimus, & nīs per gratiam baptismi salvāmur, etiam parentum culpam portamus: quia uenit adhuc cum illis sumus. Reddit iniquitatem Patrum fili⁹ e, dum pro culpa parentis ex originali peccato in nos polluit prolixi. Et iūrūm non reddit iniquitatem fili⁹ sūi, quia cūm ab originali culpa per baptismū liberamur, non jam parentum culpas, sed quas ipsi comittimus, habemus.

¶ Verba ipsa huius capitū sūi in glossā ordinariā ad cap. 34. Exad. ex Gregor. in loco indicati: ex qua glossā sūi huius nominata emendata.

## C. XIV.

Item in responsib⁹ Prospēri ad secundā  
objectionē Gallo-  
rum.

¶ Vi recedit à Christo, & alienum à grātia finit hanc vitam, quid nīs in perditionē cadit: sed non in id, quod remissum est, recedit: nec in originali peccato damnabitur: qui tamen propter postremā criminis i eo morte afficietur, quā ei propter illa, quā dimissa sum debebatur.

1. ¶ Propter postremā criminis] Addita sūt hæc ex genitali: quibus sententia valde illustratur.

¶ Finis huius auctoritatis principiū contrarie videtur. Nequit enim aliud est, dimissi peccata redire, vel in originali peccato dimisi, quām penitentia peccato debetā potest quādam remissione excipere. Auctoritatis verē sibi contrarias assertore huius sententia ita determinat: peccata dimissiā redire dicuntur, quā quādam

a Ioann. ii. b Ioann. v. c Psal. 28. d absit & plerūq[ue] manuscrip̄tū. e in fili⁹ f in fili⁹.

pilus agitam remissionem peccatorum ad vomitum redierit, ianuā genū patet, quanto magis benignitatem Dei abusus, singularum accepit ingratis existit.

6 pars. Verum illa sententia favorabilior videtur: quia plurimi idonei autoritatis, & evidenter ratione firmatae. Ut enim Dominus ait per Ezechielem, c. 18.

## C. XV.

Sicut erit a se justus a iustitia sua, & fecerit iniquitatē. Item lecanum omnes admonitiones, quas operari solent, iniquitas, non quid vivet? omnes iustitiae, quas fecerat, ago recordabatur: in peccato suo morietur, non erunt in memoria iustitiae ejus, quas fecerit.

## C. XVI.

Item Gregorius b in explanatione eiusdem loci.

Hoc nobis maximè considerandum est, quia cum malitia committimus, sine canā ad memoriam bona nostra translatā revocamus, quoniam in perpetratione iniquitatis debet esse fiducia bonorum prædictorum.

## C. XVII.

Idem in homil. 4. ad c. 1. Ezech.

D E per talis quippe facculo aliunde exit, quod alii sunt de immunitate, qui indiscreta mentes mercedem, quae ex bono opere acquiritur, non alpicunt, quomodo ex malo opere perdatur.

## C. XVIII.

Item Petrus in epif. 2. c. 2.

S I fugitives coniunctiones mundi in cognitione, Domini nostri, & Salvatoris Iesu Christi, his rursum implicati superatur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retrorum converti ab eo, quod illuminatum est sancto mandato.

## C. XIX.

Paulus quoque scribens ad Hebreos, cap. 6.

Nemittentes inchoationis Christi sermonem, ad persistitionem feramus, non rursum jacientes fundamen tum penitentie ab operibus mortuorum.

I uero ipsa mortua, prius bona significat Apostolus, que pergit peccatorum erant mortua, quia ei peccando prius bona tristitia fuit. Hoc scit peccando fuit irrita, ita per persistitentem reuictus, & ad meritum aeternam beatitudinem singula prodegit incipit, etiam illa que peccata inveniuntur admittit. Vnde Augustinus: [Tunc d credere, &c.] Hieronymus: [Non e est misericordia Dei, &c.] Apostolus etiam scribens ad Hebreos, cum fuisse, & dilectionem, & bona operacrum breviter commemorasset, hanc mitem mercedem, quam amiserant peccando, post penitentiam a Domino correcptissimas ostendit. Porro, qui per Prophetam dicit: [Si avertiret se justitia a iustitia sua], ipse per eundem Prophetam prout ait: [Si impius egreditur penitentiam ab omnibus peccatis suis, que operatus est, & custodierit universa precepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita vivet, & non morietur: omnia iniquitatum ipsius, quae operatus est, non recordabor in iustitia sua, quem operatus est, orvet.] h. Elias quoq; Israe li per Agnos capivanda, veletis idololatria peccatum Dominus per ipsa improposita: & peccatum quod Moys supplicante pastribus facta dimisum, hoc in filiis revixisse ostendit, dicens.

## C. XX.

V AETIS quoniam recesserunt a me: vastabuntur, quia parvificati sunt in me. Et ego redemie eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia: & non clamaverunt ad me in corde suo: sed ululabant in cubilibus suis: su per tritum & vinum ruminabant: & recesserunt a me,

a Sicut. 4. distin. 15. b Homil. 11. ad c. 3. Ezech. Sent. 4. dist. 15. c al. mitri. d sup. dist. 3. de pecc. cap. pium. e sup. dist. 1. h quando. sup. dist. 2. non est tam. f Ezech. 32. g al. p. 15. h Ezech. 32.

& ego erudiui eos, & confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam: reversi sunt ut essent absque iugulo, facti sunt, quasi arcus dolosus: cadent in gladio Principis eorum à furore lingue sua.

7 pars. Antiqua peccata parentum filii impropetas seruo divinus: & propriea Princeps eorum in gladio casuero predicit. Sed per eundem Prophesiam a contraria. Dominus se facere offendit, dicens.

## C. XXI.

Item Hieronymus ad c. 7. Osee.

C VM ita puniantur, ne cogitent, quod pro veteribus peccatis Patrum puniantur eos: quia nunc, id est, in praesenti, pro malitiis suis, quas inveniunt, circumdati sunt prena: & mala eorum, sicut putant, non possunt me latere: sed portu ipsa adventiones aperte sunt coram facie mea, quia omnia clare videantur.

¶ Sententia hujus capituli est quidem in commentariis B. Hieronymi in c. 7. Osee: sed proprii verba sunt in glossa interlineari ibidem ad ea verba, ne forte dicant in cordibus.

## C. XXII.

Item ibidem.

H Aretici non possunt vetera peccata contra Deum, & causari, cum antiquis operibus addant novam impietatem, & suis ligentur peccatis: & cum Deum celare se putant, oculos ejus vitare non possunt: quia & vultus Domini super facientes mala.

¶ Et hoc etiam capitulum est in glossa ordinaria in eundem locum ex B. Hieronymo. c.

## C. XXIII.

Item Gelsius Papa.

D IVINA clementia dimisit peccata in ultionem ulterius redire non patitur.

Sed hi auditoribus docentes filii ab originali peccata exprimitur non id est puniendi, quia Peccato peccaverunt: sed id est peccata patrum in eis redire, quia eorum culpam sequuntur. Sic & bona, quae peccato nascuntur, non proficiunt ad premium, quia facta sunt: sed quia per penitentiam revixissent. Tale est & illud Augustini in libro Psalmorum: [Se iudea tenet adoptionem, &c.] Sic & illud e. Gregorii in Moralib. intelligitur: [Quod est, quod dicitur, reddi iniquitatem Patrum in filios, &c.] Illud namque parentum iniquitas redditus, qui propter ea puniuntur, quia in radice traxerunt amaritudinem peccatis, illi autem non redditur, in quibus meritos suos iniquitatis non revivunt peccata parentis. Sicut ergo bona, quae peccata meritorum non revivunt ad premium: sic & mala, quae per penitentiam deleguntur revivunt ad supplicium. Vnde Propheta & persona penitentis deploret, dicens: [Putruerunt & corrupserunt cicatrices meas à facie insipientis mei,] id est, plaga per baptismum sanata. Hinc etiam idem Propheta, quamvis fide & sacramenta circumcisiois ab originali peccato se mundatum cognosceret, tamen adulterio & homicidio, quod commisera, illud revixisse intelligent, non sine causa inter cetera ipsam confitebitur, & dicens: [Ecce f enim in iniquitatibus conceptus sum, &c.]

## DISTINCTIO V.

I N poenitentia autem, qua peccatorum considerare oportet, Au-  
gustinus in libro de penitentia g docet, dicens.

a Ibid. b Psal. 32. c Sup. 21. quest. 4. f. illuc. d Sup. d. 15. e al. mitri. f sup. dist. 3. de pecc. cap. pium. g De vera & falsa penitentia, cap. 14. & 15. inter opera Augusti. Sentent. 4. distin. 16.